



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Cedvlonvm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98599](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98599)

- 4 cluf. 78. to. 1. vbi plura cumulat, quæ hic deferre, possent, sola enim allegatio absque probatione non sufficit, ita quod allegare nihil, & allegatum non probare paria sunt Roland. conf. 35. num. 10. lib. 1. Card. Tusc. conclus. 117. num. 19. lit. A. hinc agens uti procurator debet probare mandatum, & agens uti hæres talem se probare debet, & allegans seruitutem, illam probare debet, ut copiose probauit Nouar. in praxi election. & variat. fori q. 19. sect. 1. in secunda impressione Neapolitana, vbi latissimè varijs medijs fundauit, quod tales non sint, debent illi probare se tales, quales esse faciunt.

RESOLVT. XI.

- 1 Creditur Aduario attestanti de Actorum transportatione, & vide num. 2. Sed an credatur Iudici id asserenti num. 3.
4 Deponentibus circa eorum officium creditur.
5 Creditur Notario in his, quæ spectant ad eius officium.

Aduario an credatur, si dicat transportata esse omnia Acta, & alia non extare.

- 1 **N**Otario attestanti de integra transportatione, siue non extare alia acta creditur, ut pluries tenuit Rota, & præcisè in vna Bracaren. Parochialis 29. Ianuarij 1610. coram Illust. & Reuerendis. Card. Sacrat. & alias, ut apud Farin. post secundum librum Consiliorum decis. 144. n. 5. Imò sufficere quod Notarius attestetur simpliciter, quod fideliter extraxit dixit eadem Rota in d. Bracaren. Parochialis, vbi allegatur alia decisio per prius facta coram R. P. D. Litta.
3 Declara tamen non credi assertioni Iudicis, qui testatur non extare alia acta, vel esse integra, cum id spectet ad officium Aduarii, & non Iudicis, ut dixit Rota in Algaren. dismembrationis 5. Iunij 1617. coram R. P. D. Remboldo, vbi amplius quod præsumptio pro integritate processus procedit, quando acta fuerunt à Notario Aduario tradita, secus si ab alio, qui non esset Aduarius, aut successor in officio, quia in tali casu non præsumeretur integra, prout ego pluries consultus à varijs Regni Præsulibus voce, & scriptis consului, creditur enim solum depositioni illorum deponentium circa eorum officium, & non alijs argum. I. si quis decurio C. de falsis Bart. in l. si libera- rius col. 1. de reg. iure Ruin. conf. 159. col. 7. numero 16. libro 3. quos allegat Nouarius in sua praxi election. & variat. fori quæst. 20. num. 6. sect. 1. in secunda impressione Neap. dum probat esse credendum Notario in illis, quæ pertinent ad eorum officium, ut latius apud eum.

RESOLVT. XII.

- 1 Acta realiter sunt producenda coram Iudice ad quem, nec sufficit verbaliter num. 2.
3 Citanda est pars in productione Actorum.
4 Productio Actorum, quando præsumatur realis, & num. 5. & 6.

An sit factum menti Concilij si acta fuerint tantum verbaliter transportata, non autem realiter.

- 1 **I**sta acta realiter esse producenda neque sufficere, productionem verbalem tenet Rot. diuers. 445. n. 1. par. 1. Gratian. lib. 1. disceptat. forens. cap. 121. num. 32. & quod quando iura sunt tantum verbaliter, & non realiter producta illa non debeant transportari censuit Rota in causa Peforaten. fideicommissi 15. Iunij 1608. coram Illustrissimo Cardinali Lan-

- celloro, & in Placentina deuolutionis 10. Maij 1602. coram R. P. Penia, vbi alia decisiones allegantur: nec ad effectum productionis realis sufficit, quod ista deponantur penes Actuarium nisi etiam petatur ut registrentur, & pars citetur ad dicendum contra Rota in Mediolanen. decimarum 27. Maij 1616. coram R. P. Coccino hodie Decano, & Domino meo obseruandissimo, refert Nouarius conclus. 1. de Actis primæ instantiæ annuens num. 13. quod præsumitur realis huiusmodi Actorum productio quando est verbum, tenoris, & c. ex Rota in Ferrariens. bonorum 9. Maij 1594. coram Illustrissimo Cardinali Lancelot. & in Vrbeuetana fideicom. 16. Nouembris 1619. coram R. P. D. meo Coccino Decano, ut etiam realis præsumitur stantibus verbis Iudicis actis omnibus visis, eadem Rota in Pistorien. beneficij 13. Ianuarij 1617. coram R. P. Buratto, vbi pariter quod ex motibus factis per Iudicem colligitur iura fuisse coram eo realiter producta, & ab eo lecta, prout similiter productio Actorum censetur realis stantibus verbis facto produxit, vel animo retrahendi eadem Rota in allegata Vrbeuetana fideicom. coram D. Cocco, vbi adhuc fuit consideratum, quod quando legitur in actis aliquem producere instrumentum incipiens sic, & finiens sic, tunc talis productio censetur verbalis, & non realis, quod adeo non solum produci debeat acta primæ instantiæ, sed pariter instrumenta producta in prima instantia, siue in primitiuo processu quem debet exhibere coram Iudice appellationis, ita quod si illa non produxit, sed tantum processum præsentauit causa efficitur deserta Nouarius d. concl. 1. n. 18. de Actis primæ instantiæ apud quem hanc materiam satis sepius declarata habes, & ideo amplius non me extendo.

PRAXIS CEDVLONVM.

RESOLVT. XIII.

- 1 Expediit Republicæ excommunicatos publicare.
2 Cedulae assignantur, ut excommunicatus possit euitari, & ut ceteri teneantur, num. 3.

Cedulae quare contra excommunicatos assignantur.

- 1 **P**RO responsione sufficit dicere quod ratio quare cedulae à Iudicibus Ecclesiasticis assignantur contra excommunicatos, illa est, quia expediit Reipub. publicare excommunicatos, Ancharanus in Clement. 1. de poenis, & ut ab alijs Christianis euitari possint tanquam segregati à fidelium consortio, ad effectum, ut illi videntes se ab alijs vitari eorum confusionem respicientes erubescant, & conuertantur cap. 1. de except. in 6. Clem. 1. de poen. vbi id notat Anchar. numero 15. & sequitur Gennen. intra praxi Curie Archiepisc. Neap. cap. 23. num. 1.
2 Et quod cedulae assignantur non solum ut excommunicatus conuertatur, sed ut alii ipsum euitent donec fuerit absolutus percipitur ex cap. cura 11. quæst. 3. & scribit Vgolin. in tract. de censur. tabul. 1. cap. 21. §. 2.
3 Ultra quod cedulae assignantur, ut alii terreantur, quia excommunicatio dicitur medicinalis non solum propter excommunicatum, ut conuertatur, sed ut alii de communitate terreantur Couar. plenè in cap. Alma mater de sentent. excomm. in 6.

RESOLVT. XIV.

- 1 Casus legis vbi habetur, sufficit eiusdem allegatio.
2 Bulla Pij IV. mandat, ne cedulae assignantur cum pi-
cturis demonum.

Cedu-

Cedulones an possint affigi cum figuris demonum.

- 1 **D**um non est insistendum pro resolutione huius articuli, nam dum calum legis expressum habemus sufficit illum allegare, leg. Ancillæ Cod. de furt. Bulla siquidem Pij IV. incipit inter in specie mandat ne cedulones affigantur cum demonum picturis, unde faciendū est conclusio cedulones contra excommunicatos non posse affigi cum huiusmodi picturis, prout ita in terminis notavit Episcopus Minorensis in sua praxi Episcopali in verbo cedulones par. 2. pag. mihi 19.

Vnde dum semel fuisset consultus respondi cuidam Reuerendissimo CoEpiscopo non potuisse cedulones affigere cum talibus picturis demonum, & me consulente ita fuisse seruatum deinde audiui, purabat siquidem ille Dominus cum similibus picturis in cedulionibus homines terrere.

RESOLVT. XV.

- 1 **D**eclaratus excommunicatus ob non solutionem pensionis satisfaci si mittat literas cambij.
- 2 **L**iteræ cambij habent vim solutionis.
- 3 **E**xcommunicatus pro fructibus non liquidatis, offerens se paratum satisfacere non potest publicari.

Cedulones an possint affigi contra excommunicatum ob non solutionem pensionis, si pensionarius offert mittere literas cambij.

- 1 **V**icumque pensionarius est excommunicatus ob non solutionem pensionis, contra eum instatur affigi cedulones, si ille offerat mittere literas cambij pro satisfactione, cedulones non sunt affigendi, nam videtur tunc satisfacere suo debito, quia declaratus excommunicatus ob non solutionem pensionis satisfaci si mittat literas cambij Henricus in sua summa in tit. de excommunicat. c. 28. §. 2. litteras Nouarius forens. q. 33. p. 1. vbi assignat rationem, quia litteræ cambij habent vim solutionis, Rot. in vna causa Bononiensis. legationis 8. Maij coram Puteo, vbi fuit dictū litteras cambij inducere delegationem, & liberationem, vt dixit idem Nouar. in prag. Regni r. n. 17. sub rubr. de litteris cambij, qui allegat Puteum decis. 124. li. 3.
- 2 **F**acit nam excommunicatus pro fructibus non liquidatis, vel alia in certa quantitate comparens, & offerens se paratum satisfacere non potest publicari, Achil. de Graf. decis. 1. de sentent. excommunicat.

RESOLVT. XVI.

- 1 **E**xcommunicatio affert mala.
- 2 **T**emerarij non solent statim absolui in Curia Archiepiscopali Neapolitana.
- 3 **D**eclaratio nihil noui inducit.
- 4 **N**otoria efficiunt res per sententiam.

Cedulones an possint affigi contra excommunicatos si compareant, & petant absolui.

- 1 **P**luries accidit in varijs Tribunalibus Ecclesiasticis dubitari, si dum mandatur affigi cedulones comparet excommunicatus petendo absolutionem debeant per hoc Superiores remouere manus ab ipsorum cedulorum affixione, & consultus ego dicebam, quod vbi comparet excommunicatus cum satisfactione, & tunc bene non debent cedulones affigi, cum sufficiat offerre satisfactionem, & illam in simul dare, vnde statim est absolendus propter mala, quæ affert excommunicatio, vt dixit gloss. in c. qua fronte Aloys. Ricc. Prax. Pars IV.

de appellat. nam frustra affigeretur si statim absolutio sequi deberet licet Curia Archiepiscopalis Neapolitana pluries seruauerit contra aliquos temerarios cedulones affigere quousque satisfecissent, & esset absoluti, vt ipsi magis confunderentur abstinere in futurum, & alij terrentur, vt testatur Geuuen. in praxi eiusdem Curie cap. 23. vbi dicit pro tali obseruantia facere text. in Clement. 1. §. & quia de penis in qua mandatur publicari excommunicatos donec satisfecerint. Et ibi addit. Card. Zabarell. & absoluantur, quia ad officium Prælati spectat excommunicatos denunciare, eosque vitari facere, donec satisfecerint Abbas in cap. ea noscitur notab. 2. de sentent. excom.

- 3 **T**antò fortius, quia ex publicatione non fit aliquod præiudicium excommunicato, cum declaratio nihil noui inducat cap. pastoralis §. verum de appell. l. heredes palam ff. de testam. per sententiam si quidem res est effecta notoria cap. cum olim de verb. signific. Butr. in cap. vltra, de cohabit. clericor. & mulier. & talis affixio prodest Republicæ ergo fieri debet ex regula quod tibi non nocet, & alteri prodest fieri potest, & debet l. 1. §. denique ff. de aqua pluuiæ arcend. quod & considerat Nouarius lib. 1. quart. forens. cap. 2. circa finem in secunda impressione.

Verum hanc secundam opinionem seruabis in casibus exemplaribus, & magni momenti ad aliorum terrorem, primam autem in alijs casibus ordinarijs.

RESOLVT. XVII.

- 1 **Q**ui terminus soleat concedi per Curias Ecclesiasticas declaratis excommunicatis ad procurandam absolutionem à Romana Curia.
- 2 **C**edulones reassiguntur, vbi intra terminum datum non presentatur absolutio.

Cedulones affigi contra declaratos excommunicatos absoluedos a Papa quando remouendi sint.

- 1 **P**assim seruatur in Curijs, & Tribunalibus Ecclesiasticis quod vbi aliquis incidit in casum censuræ, quæ est reueruata Summo Pontifici, taliter quod est absoluedus a Papa si post declarationem factam à Iudice Ecclesiastico declaratus excommunicatus humiliter petat remoueri cedulones solet ei concedi terminus vnus, vel duorum mensium, & facit iuxta qualitatem ad procurandam absolutionem a Rom. Curia, & interim remouerentur cedulones, dummodo domi se contineat & præstita cautione, quod termino elapsio nisi in effectum præsentetur absolutio iterum, & de nouo affiguntur cedulones sicque non semel remouendo annis elapsis me practicasse vti generalem Vicarium in Curia Archiepiscopali inclitæ, & nobilissimæ Ciuitatis Neapolis, & alias vidisse practitari, de cuius etiam Curie stylo testatur quoque Geuuen. in sua praxi eiusdem Curie c. 23. num. 10.
- 2 **E**t cum casus accidisset in mea Curia Episcopali Vici Equensi semel, atque iterum iuxta supradictā praxim obseruari mandauimus, sicque pluries consultus respondi in varijs quippe casibus, & in specie dum essem requisitus ab Illust. Archiepiscopo Ciuitatis Consentianæ.

RESOLVT. XVIII.

- 1 **A**ctus factus pendente tempore ad appellandum dicitur attentatus.
- 2 **E**xcommunicatus potest appellare, sed non per hoc cedulones non assiguntur, & quare num. 3.
- 3 **A**ppellatio à sententia excommunicationis non impedit executionem.
- 4 **C**edulones affigi possunt pendente appellatione.

Cc 4 Cedu-

Cedulones an statim affigi possint post laram excommunicationem, vel terminus decem dierum concessus ad appellandum expectari debeat.

Primo intuitu videbatur pro negatiua concludendum ex quo affixio cedulorum statim lata excommunicatione fuisse attentata non expectato tempore ad appellandum concessio dicto iure: & non dubitatur quin actus factus pendente tempore dato ad appellandum sit attentatus, cap. non solum de appell. in 6. Mohed. decis. 150. num. 2. Guid. Pap. decis. 104. & inde sequestranda Calder. conf. 1. vt lite pendente. Anton. Aug. in epit. tit. de sequest. ex officio §. 3. & 6. Verall. decis. 157. par. 3. Pat. decis. 414. lib. 3. & fuit sapè resolutum in Rota.

2 Contrariam tamen sententiam veriore ac iuri consonam semper existimauimus ac in quam pluribus causis ita cōsului: & ratio est, quia licet excommunicatus possit appellare tamen non per hoc non potest impediri denunciatio per cedulones, quia illa ceduloni affixio nihil aliud est, quam illius sententiæ manifestatio, siue potius executionis promulgatio, & non executio, quia excommunicatio fertur secum executionem, c. pastoralis, §. verum de sentent. excommuni. glof. in c. non solum in ver. innouata de appell. lib. 6. glof. in c. venerabilibus §. potio in ver. appellatum de sentent. excomm. lib. 6. Couar. pract. quæst. cap. 23. num. 3. ver. illud. Marant. in sua praxi 6. par. tit. de appellat. n. 177. ratio rationis est, quia appellatio à sentent. excommunicationis non impedit illius executionem, nec minus ceduloni affixionem impedire debet. Secundò, si Iudex vellet declarare aliquem incurrisse sententiam excommunicationis, illum citaret ad dicendum causam quare non debet declarari excommunicatus, tunc illo non comparente Iudex debet expectare decem dies: ratio est, quia à declaratoria potest appellari antequam feratur sententia declaratoria, & affixio cedulorum, & illa appellatio impediret sententiam declaratoriam, si appellaretur ante, sed non post declaratoriam Pely. in c. cum non ab homine col. fi. de Iudic. Tertio quando essemus in notorijs, vt in percussione publica Clerici, vel notorio adulterio, & similibus licet quis appellaret à declaratoria non tamen propter hoc deberet impediri exequutio, & ceduloni affixio, c. peruenit illi de appellat. Abb. in Clem. 2. n. 6. pen. & hoc etiam sentit Couar. in c. Alma mater, 1. par. §. 2. n. 9. de sentent. excommuni. in 6. quia sic videtur seruare Curia Roman. nam Auditor Camera eadem die publicauit excommunicationem, & affixit cedulonem in acie Campi flore recitat Verall. decis. 324. par. 1. in qua etiam habetur vniuersitatem posse excommunicari, quod etiam sentit Nauar. multis in locis, & præcisè conf. 18. & de sententia excommuni.

Taliter quod ex supradictis venit concludendū, vt cedulones affigi possint etiam pendente appellatione, nam non est prohibitum in iure, quod si quis fuerit excommunicatus poterit quoque, & talis insuper denunciari etiam pendente appellatione, c. pastoralis, §. verum de sentent. excommuni. & probat Guttier. Canon. quæst. lib. 1. c. 1. num. 36. Alterius in tract. de censur. disputat. 6. lib. 1. cap. 2. vers. 2. confirmatur tomo 1. quoniam ex cedulorum affixione non amplius ligatur excommunicatus quam antea erat, quia nihil noui adducit, & hanc eandem opinionem sequutus est Campanil. in suo diuersorio iuris Canonici rubr. 11. c. 15. a num. 40. cum seq. per hæc verba.

Quin & tanta fulcitur veritate ista conclusio ita cōstituta, vt si à tali sententia, vel speciatim, vel generaliter pronunciantem aliquem excommunicatum appelleretur nihilominus prædicta excommunicatio trahat secum executionem prædictam, cum appellare

a sententia excommunicationis, non nisi quo ad effectum deuolutiuum liceat, non suspensiuum idque deducitur à parte ex eodem §. fin. & cap. is cui §. fin. de sententia excommuni. in sexto; ita quod & illa non obstantè procedi posset ad denunciationem additur in eodem §. scilicet ad denunciationem faciendam ad finem, vt videtur ab illis, quod ex subsequentijs verbis illiusmet, §. citra dubium disponitur, & probat Guttier. canonic. quæst. lib. 1. cap. 1. num. 36. nec non Marius Alterius in tract. de censur. disp. 6. lib. 1. c. 2. vers. 2. confirmatur to. 1. qui præterea late enarrat modos omnes quibus tum antiquitus, tum nostris temporibus consueuerit fieri eiusmodi publicatio in disp. 5. l. 3. c. 3. verus modus, & ordo seruandus; quoniam verò subiicitur in eod. illo §. ratio ob qua spreata appellatione progredi ad nunciationem ipsam licet, & ea est quod eius vigore non amplius ligatur excommunicatus quam ante erat, ex ea infer Nauar. in c. cum contingat, remed. 6. n. 7. de rescript. dari aliquos casus in quibus subsequenti denunciatione sit excommunicatio validior, & difficilius auferri potest; exemplificat in terminis c. tua nos, de sentent. excomm. quin, & generalius loquens vrgente temporibus nostris constitutione ad euitanda scandala, cuius intuitum excommunicationem accipere quoad sequentem denunciationem maiorem vigorem affirmat, ideo procedi ad denunciationem, haud posse nisi antea cognitum fuerit de iustitia excommunicationis arbitratur, tamen in hoc casu, iam dictæ constitutionis, Suarez tom. 5. de cens. disput. 2. sect. 15. sub n. 22. citatusq; Alterius adducto cap. 3. vers. quæ doctrina, & optimè qualem ob rationem illam omnino validam, quod denunciatio nullam maiorem vim tribuit ipsi excommunicationi, eaque non aliud tunc fortitur effectum aduersus excommunicatum quod antea habebat, sed operatur dumtaxat, vt fideles teneantur illum vitare ad quem effectum idem ipse §. fin. mandat procedi non obstantè appellatione ad denunciationem, ergo non secus ac tunc minime impedimento erat appellatio quin denunciatio fieret, vt ille viraretur, ita nec hodie in alijs tamen casibus probabilem esse Nauar. sententiam non negat præcatus Alterius.

RESOLVT. XIX.

- 1 Citatio personalis requiritur ad excommunicandum, & quid si citandus dolo latitat, & num. 2.
- 2 Citatio facta domi quando valeat remissine.
- 4 Excommunicatus citatur ad videndum affigi cedulones.

In affixione cedulorum an sit necessaria citatio partis.

Regulariter ad excommunicandum requiritur citatio personalis, Innoc. communiter receptus in c. fin. de eo qui mittitur in possessionem Pely. in c. cum sit Romana de appellationibus. Couar. latissime in c. Alma mater, 1. p. §. 9. de sentent. excommuni. Sayr. in Theaur. casuum conscientie l. 2. c. 3. per totum, Crescent. in decis. 18. de sentent. & re iudic. qui limitat si excommunicatus dolo latitaret quo casu sufficit ad domum illum citare, vt per Seraphin. in decis. 1285. & Rota in decis. 90. par. 1. in recentioribus conferunt latius notata per Nouarium in comment. ad pragmat. Regni 3. sub Rubric. de citationibus, vbi tractat quando citatio facta domi sufficiat, & plures casus decisos recollegit apud eum videndos.

4 In Curijs autem Ecclesiasticis solet praticari, vt in affixione cedulorum non citetur pars, sed in Curia Archiepisc. Neapolitana expediuntur quam sapè citationes aduersus excommunicatos, ad videndum se excommunicari, & affigi cedulones.

RE:

RESOLVT. XX.

- 1 Delictum, & damnum presumitur factum ab eo qui habet interesse.
- 2 Laceratio instrumenti à quo presumatur facta, & à quo falsificatio num. 3.
- 4 Offensio presumitur facta litiganti ex causa litis.

Amotio, siue laceratio Cedulorum à quoniam in dubio presumatur facta.

- D**um ad instantiam Reuerendi D. Lucae de Duce Parochi Casalib. Boneae meae Ciuitatis Vici Equensis essent expediti quidam Cedulones, & deinde nocte superueniente reperirentur amoti, dicebat, & instabat Reuerendus Fisci promotor, meq. Episcopalis Curiae esse declarandos excommunicatos omnes illos, qui sentiebant commodum ex illa amotione, quae quidem instantia poterat muni ex ratione, quia presumendum est delictum factum, aut damnum datum ab eo, qui habet interesse, & commodum sentit, absq. alia probatione. Bart. in l. fin. n. 5. de quaest. Menoch. de recuper. pols. rem. 2. n. 56. Lancell. de attent. p. 1. q. 1. n. 71. Pro ut dicimus de laceratione instrumenti appellationis ad quam verificandam non requiritur alia probatio, cum presumatur illius subtractio ad instantiam partis contrariae, quae commodum sentiebat. Rot. coram R. P. D. Orano, Placet. fructuum, 28. Iunij 1591. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. in proem. §. 7. n. 161. Idem de molestia illata per familiam, quae imputatur Domino in illis casibus, in quibus ipse commodum sentiret. Rom. & Iaf. in l. de pupillo §. si quis ipsi praetori de non. oper. nunc. Surd. de aliment. tit. 9. q. 26. n. 18. ubi addit simile de poena infligenda ob aquam inuentam in alicuius prato, presumitur enim ab eo ducta contra edicta prohibitoria, ex quo versa est in eius utilitatem Alber. in l. 1. §. si quis ita in suo ff. ne quid in loco publ. & de falsificante instrumentum cum etiam in eo presumendum sit hoc factum fuisse ab illo, cuius utilitatem concernit Curt. sen. consil. 55. in fi. cum declarationibus de quibus per Bart. in l. ultim. n. 5. ff. de quaest. Bald. in l. 2. n. 22. C. de fide instrum.

- 4 Et facit quod in dubio presumitur offensio facta litiganti ex causa litis, Rota diuers. decis. 639. par. 1. Adeo quod ut sit locus Bullae Alexandrinae non incumberet offenso probare, quod offensio fuerit ex dicta causa litis facta Mandos. consil. 61. dub. 1.

Vnde in dubio ex supradictis posset concludi amotionem, & lacerationem cedulorum praesumi factam de mandato saltem ipsorum excommunicatorum, qui in illis erant descripti.

RESOLVT. XXI.

- 1 Cedulones amoueri non possunt absque licentia Superioris Ecclesiastici.
- 2 Utilitas publica est cunctis rebus praefenda.
- 3 Casus publicae utilitatis censetur exceptus.
- 4 Publica utilitas est superior omnibus privilegijs, sed non debet officere potestati Clauum num. 5.
- 6 Fautor Ecclesiae praeponderat fauori Ciuitatis.

Cedulones an possint amoueri sub praetextu publicae utilitatis absque licentia Superioris.

- 1 Tanta est reuerentia, quae debet haberi Ceduloni- bus affixis contra declaratos excommunicatos, ut illi sub praetextu publicae utilitatis amoueri nequeant, nisi Superioris Ordinarij praecedat licentia, nam quamuis posset ex affixione cedulorum oriri aliquis rumor, tamen id autoritate propria effici non potest, sed Superior consuli debet, qui statim iuxta fa-

cti qualitatem, & casus necessitatem opportuna remedia quaerere solet, prout ad prudentissimos Viros, & Praelatos S. R. E. spectat.

- 2 Nec quicquam obstat, quod utilitati publicae semper est subueniendum, & occurrendum, cum illa cunctis rebus sit praeposenda, ut probauit Nouarius lib. 1. quaest. forens. quaest. 35. a. n. 7. cum seq. ubi etiam.
- 3 quod in quocumque privilegio censetur exceptus casus publicae utilitatis ad text. in l. iubemus C. de sacrosanct. Eccles. l. 1. C. ut nemo lic. l. nullus C. de Curs. public. cum vulgo dicatur, cum ut omnes sciant: Et vulgo dici solet, causam publicae utilitatis, & necessitatis Superiorem esse omnibus immunitatum privilegijs, ad quod facit egregium Imperatoris Anastasij rescriptum in l. vnica, C. ut nemo lic. in empr. specier. se. excus. lib. 10. ubi Imperator sic ait: Quoties vrgente necessitate comparationes frumentum, vel ordei, aliarumq. specierum, quibuslibet Prouincijs indicuntur, nulli penitus possidentium sese sub cuiuscumque privilegij occasione excusandi tribui facultatem censemus, quod idem repetit Imperator Aurelianus in l. 1. C. de quibus muner. liceat se excus. eod. lib. & hanc conclusionem probat Alber. in 1. par. Statut. quaest. 28. Misinger. obseru. 70. centur. 4. Decian. 51. vol. 3.
- 5 Nam respondetur publicam utilitatem non debere officere potestati clauum D. Petri, & publicam utilitatem debere cessare, ubi Ecclesiae iurisdictionis vertitur praedictum, cum fauor Ecclesiae praeponderet fauori Ciuitatis, & Vniuersitatis Azeued. in lib. 9. Recopilat. l. 2. tit. 13. n. 5. Escobar de ratiocin. administ. cap. 39. n. 13. quos allegat idem Nouarius d. quaest. forens. 35. num. 15. lib. 1.

RESOLVT. XXII.

- 1 Affectus non punitur effectu non sequuto, etiam in atrocissimis num. 2.
- 3 Percutere tentans Clericum, & illum cum effectu non percutiens non incidit in canonem.

Cedulones amouere tentans, & illos in effectu non amouens an in excommunicationis labem incidat.

- 1 Dixi consultas quod tentans lacerare, & amouere cedulones, si cum effectu illos non amouerit, quod non erit excommunicatus, motus nam de generali consuetudine totius Italiae non punitur affectus non sequuto effectu, nisi poena extraordinaria, seu arbitraria, etiam in atrocissimis, ut post alios dixerunt Thefaur. dec. 243. Honded. consil. 106. n. 54. & consil. 108. l. 1. ubi de crimine laesa maiestatis, Ceual. Comm. contra Comm. q. 540. & q. 901. n. 48. qui loquitur in assassinio, Tiraq. de poen. legum, casu 38. Bertaz. consil. 58. n. 5. Farin. post infinitos in pract. crimin. q. 17. n. 48. & 49. ubi etiam de quocumque atrocissimo delicto, etiam qualificato. Bursat. consil. 94. n. 31. Ramin. consil. 560. Ludouic. decis. Lucensi 15. n. 25. cum seq. qui ait hanc esse communem opinionem, & ita ipsum multoties indicasse, & iudicatum vidisse. Roger. consil. 31. num. 13. & 14. Marfil. consil. 105. n. 2. 20. 41. & 44. ubi etiam si ad actum proximum deuentum fuerit. Clar. in §. assassinum vers. scias, & in §. fin. q. 92. vers. scias tamen, subdens diuerso modo practicum vidisse, & sic iudicis arbitrio relinquendum attenta qualitate facti, & personarum, eorumq. circumstantijs, ad not. per Couar. in clemen. si furiosi, in initio, q. 9. Matth. Brun. consil. 94. n. 51. ubi ait quod non debet torqueri, Mascard. de probat. conclus. 138. n. 2. & 8. Cacher. decis. 19. Menoch. d. casu 360. n. 39. §. si qui licet prius teneat, quod in assassinio quando deuentum fuit ad actum proximum, puniatur poena ordinaria, postea vero n. 92. tenet generaliter

raliter contrarium stante dicta consuetudine, Gramma. decis. 2. n. 25. dicens, quod per triginta annos in Magna Cur. Vicaria semper ita practicum vidit, & decis. 74. n. 15. & melius Constitutione Terminum vita, & ita respondisse Presidenti Columna, refert post Dyn. & Angel. quos allegat in l. item apud labeonem de iniur. Lauret. de Pinu. conf. 170. n. 8. 9. & 10. Turret. conf. 9. n. 5. q. 66. & 67. lib. 1. Gomez de homicid. c. 3. n. 11. addens, ita vidisse servatum, & practicum. Gregor. Lop. gl. 8. lib. 2. tit. 3. par. 7. qui intelligendus est, quando deuentum est ad actum proximum cum assassini exemplum afferat super illa lege pertractante quando ad actum proximum deuentum est, licet effectus sequutus non fuerit Roger. conf. 31. n. 14. vers. 3. moueor Decian. confil. 115. n. 14. lib. 3. Carroc. decis. 39. n. 10. vers. tercio Gabriel. conf. 170. in princip. & post alios Ceual. Comm. contra Comm. d. q. 40. n. 9. & seq. post plures per eum relatos q. 901. n. 44. subdens hanc esse communem opinionem, quam etiam sequuti fuerunt Cacher. decis. 10. & Guttier. lib. 3. pract. qu. 7. num. 71. vbi ait, quod licet de iuris rigore contraria opinio sit verior, tamen aequitate considerata quam Iudex praeculis habere debet, & communi totius mundi consuetudine delinquens solo affectu etiam in atrocissimis extraordinarie punitur Iudicis arbitrio Guttier. pract. q. lib. 3. cap. 7. num. 28. Nouarius in pragm. Regni 1. sub rubrica de ictu scopitæ, vbi alia cumulat ibi videnda.

Et facit pro comprobatione, nam videmus, quod tentans percutere Clericum, & illum in effectu non percussens non incidit in Canonem si quis suadente diabolo, vt post ceterum DD. latius prosequitur Grass. in suo tract. de effect. clericatus effect. 9. num.,

RESOLVT. XXIII.

- 1 Lacerans minimam partem cedulorum incidit in excommunicationem.
- 2 De ministris non est curandum.
- 3 Chirurgus, qui vigore statuti tenetur facere relationem excusatur, vbi vulnus est modicum.
- 4 Apices iuris non attenduntur in his, quæ animæ fauorem concernunt.
- 5 Odiosa fauore Animæ sunt amplianda.
- 6 Vbi sumus in casu dubio, quisque debet credere se irregularitatem contraxisse.

Lacerans minimam partem Cedulonis, an in censuras incidat.

- 1 Ad deo strictè procedendum est in hac materia, amotionis cedulorum ob reuerentiam debitam Sanctæ Matri Ecclesiæ, vt quandoq; consultus fuerim in opinione, quod lacerans minimam partem similium cedulorum affixorum contra declaratos excommunicatos incidat in censuras, ac si totum lacerasset, quamuis regulariter in iure videamus, quod de minimis non sit curandum, vulgata l. scio, ff. de integr. restit. cum plenissimè consideratis per eundem D.
- 3 Nouarium lib. 1. quæst. forens. c. 54. vbi dicit decisum Chirurgum Barbitonforem qui vigore statuti tenetur facere relationem de vulneribus Curie excusari, si non fecerit relationem de vulnere modico, quod etiam ante eum prosequutus erat Leon. in dec. Valentia 113. num. 16. Ex latius dictis per Tiraq. in suo speciali tract. de iudic. in rebus exiguis, vbi quam plura cumulantur hic congruentia.

Cuius principalis opinionis ratio reddi potest illa inter alias, nam dum agitur de rebus spectantibus ad animæ salutem, & Ecclesiæ fauorem apices iuris non sunt attendendi, secundum Archidiaconum communiter receptum quem sequitur Iacobin. de S. Georgio in l.

alienum C. de procurat. Et ideo retinenda est illa opinio quæ animæ salutem prospicere potest, vnde semper consulerem in huiusmodi casus, quod absolutionem petat ille qui taliter delinquit amouendo, & lacerando etiam minimam partem Cedulonis, si id tamen faciat ex malo animo, nec se debet considerare in supradicta regula iuris quod minima non debent esse in consideratione, quia omnes apices iuris in foro animæ eiciuntur ex mirabili Matris Ecclesiæ prudentia, & propudencia, taliter quod vbi agitur de periculo animæ videmus, quod excommunicatus semper auditur agendo, Imol. & Pelyn. in c. significauerunt de except. vnde merito fauore animæ odiosa esse extendenda, & amplianda dixit Bart. in Auth. Sacramenta paberi. C. si aduers. vendit. Alex. conf. 225. vol. 1. Ripa resp. 4. n. 17. quos refert, & sequitur Nouarius in suo opusculo noui iuris Canonici conclus. 1. sub rubrica de Abortu numer. 11. vbi etiam affirmavit, quod vbi sumus in casu dubio quisque debet credere se contraxisse irregularitatem, & hoc in foro conscientia, quia dubius in foro conscientia debet eligere tutiorem partem. Nauar. confil. 4. & 8. de voto.

RESOLVT. XXIV.

- 1 Ira dicitur iusta causa penam temperandi.
 - 2 Motus primi non sunt in hominum potestate.
 - 3 Homicidium commissum a marito in personam vxoris, an censetur factum ex iusta causa.
- Remouens Cedulonem affixum contra declaratos excommunicatos si id egerit calore iracundie, an incidat in excommunicationem.

1 Certum est in iure, quod ira dicitur iusta causa penam temperandi ad text. in l. lex iusta, §. fin. ff. ad leg. lul. repetund. vbi optime Alex. in l. additionibus ad Bart. omnino videndus, Tiraq. de pena temper. 1. causa, præcisè, num. 10. & 15. Clar. q. 60. vers. est etiam, Boss. in tit. de homicid. n. 60. & post plures Farinac. in pract. crim. q. 91. num. 1. & conf. 97. in lata addit. lit. A. cum quibus etiam Carpan. lib. 3. in Confit. Mediol. 790. & seq. fol. mihi 55. post Thesaur. decis. 178. vbi variis rationibus, & auctoritatibus exornant, & præcipue, quia iram continere, plus est, quam miracula facere, & quia primi motus non sunt in hominum potestate; adeo quod exiens in iram reputatur insanus, & positus in breui furore, præsumitur dolum, & animam deliberatè occidere perneceesse non habere; Bene verum est, quod secundum eos ita vt excusatus debet professi ex iusta causa, secus si ex iniuria, vt tradit Clar. in loco citato, Farinac. n. 38. & 39. & q. 107. num. 460. Thesaur. d. dec. 178. n. 5. Sese decis. Aragon. 10. n. 24. & 25. Additionator ad Bertazol. conf. 135. lit.

3 Beamque Iudicis arbitrio remissam esse, perpena facti, & personarum qualitate ex verbis Aristot. expressè firmat Thesaur. d. dec. 178. num. 5. in tantum quod in homicidio commissio per maritum in personam vxoris, videtur iustam fuisse causam iracundia, ex sola prohibitionem, per eum facta ne vxoris coniuncti, ob furti suspicionem accederent ad domum eius habitationis, adnotata per Tiraquell. de legib. connubial. gl. 1. n. 7. cum plurib. seq. vbi tam de Iure Diuino, quam Natura, quam etiam omnium gentium, ostendit obedientiam debitam per vxorem marito, & subiectionem vxoris erga virum, eiusque potestatem.

Hæc licet sint vera, tamen vbi casus euenit tutius erit petere absolutionem ab excommunicatione, quia supradicta non habent locum, quoad effectum cuius tamen incursum censuræ.

RESOLVT. XXV.

- 1 Appellatio ante impletam conditionem suspendit executionem, & quando secus num. 3.
- 2 Excommunicatio redditur nulla si post appellationem fuerit lata.

Cedulones an affigi possint pendente appellatione ab excommunicatione lata sub conditione ante conditionis purificationem.

- 1 IN casu mihi occurrenti cuiusdam causæ à Sede Apostolica delegatæ censui minimè esse affigendos cedulones, & affixos remouendos esse, prout in facto mandauit remoueri ex eo quia appellatio ante impletam conditionem suspendit executionem c. praterea c. licet c. venerabilibus §. sed si ex causa de sentent. excom. lib. 6. Mar. Alter. de censur. disput. 5. lib. 3. c. 1. lit. C. ver. in causa excommunicationis, Guttier. Canoniar. quest. c. 4. Addit ad constit. March. lib. 6. c. 7. in verb. Canon. cap. 3. Farin. in pract. crimin. quest. 101. num. 70. ratio est quia ante euentum conditionis non iniecit suas vires hinc est vt si post appellationem feratur excommunicatio erit nulla cap. per tuas de sent. excom. Auill. de censur. 2. par. c. 5. disput. 5. conclusio 3. & ver. 1. vbi infert ad alia Mar. Alter. vbi sup. donec enim dies, vel conditio veniat, excommunicatio lata non censetur vnde ante conditionis euentum appellans, ante sententiam latam appellare censetur, & proinde excommunicatio hæc nulla omnino erit, vt habetur in c. praterea 2. & ibi gl. in verb. impedire: id quod locum etiam habet, etiam si post decem dies appelleretur, vt communis opinio tenet Dec. in d. cap. praterea 2. n. 5. & Præpos. nu. 4. de appellat. Marian. Socin. in cap. sacro. num. 128. de sentent. excom.
- 3 Ex quo inferitur, quod si appelleretur post euentum conditionis, tunc cedulones affigi possunt, & ratio est, quia cum sententia iam sit purificata, & traxerit secum executionem, appellatio talis non habet effectum suspensiuum, sed simpliciter deuolutiuum, ex Mariano, Socino in cap. sacro. n. 125. & 126. sicut etiam sententia excommunicationis purè, & simpliciter lata trahit secum executionem, nec suspenditur per sequentem appellationem, vt in c. pastoralis. §. verum de appellat. vnde appellatio hoc casu operatur solum effectum deuolutiuum, vt latius tradit Marian. Socin. in d. c. sacro. n. 68. & sequent. de sent. excom.

RESOLVT. XXVI.

- 1 Cedulones affigi non possunt aduersus excommunicatum post appellationem interpositam, & amplia, vt num. 3. & 5.
- 4 Itineris arreptio ad superiorem habet vim appellationis.

Cedulones an affigi possint vbi excommunicatio lata esset post appellationem.

- 1 NEc pariter affigi possunt Cedulones contra excommunicatum, vbi eius excommunicatio lata est post appellationem, vt probatur in cap. cum contingat, & ibi Panorm. num. 2. de offic. de leg. & c. per tuas, & ibi gl. in verbo in quibus casibus, & ibi Panorm. n. 3. de sent. excom. & in cap. solet, & ibi gl. in verbo erroris, & cap. venerabilibus §. sed si ex causa de sent. excom. lib. 6. & gl. in cap. præfenti in verbo ad cautelam de sent. excom. lib. 6. Gemin. in c. si à Iudice num. 3. & Philip. Franc. & communiter Doctores de appellat. lib. 6. quod amplia multis modis.
- 2 Et primò non solum per expressam appellationem, sed etiam si intendens appellare se supposuit protectioni Superioris ante latam excommunicationem

quò casu perinde est, ac si antea appellasset ex quò de mente constat vt habetur in cap. ad audientiam de appell. & hoc tenent Hostiens. Zabarell. Io. And. in c. 1. de appell. lib. 6. quos refert, & sequitur Marian. Socin. in cap. sacro, num. 59. ver. si intendens appellare sentent. excommun. & Summa Astensis lib. 7. tit. 8. casu 11. Palud. 4. dist. 18. quest. 1. art. 4. conclus. 2. Tabien. verb. excom. 2. §. 10. casu.

- 3 Secundo si iter arreptum ad Papam fuerit c. cum olim de dolo, & contumac. & c. dilecti filij 2. & ibi gl. in verbo facto prouocare, Panorm. n. 5. de appell. Palud. 4. d. 18. q. 1. art. 4. conclus. 2. Tabien. vbi supra quibus in locis habetur quod arreptio itineris ad superiorem habet locum, & vim appellationis cum plus sit aliquid explicare facto, quam verbo, vt pluribus docet gl. in d. cap. dilecti filij.
- 5 Tertiò in eo qui submisit se protectioni alterius, aut iter arripuit ad alium superiorem, citrà Papam puta ad Archiepiscopum, & licet gl. in c. dilecti filij secundo in verbo facto procurare de appell. hoc neget, verius tamen sentire dico Panorm. in c. ad audientiam num. 4. & in d. c. dilecti filij 2. in verbo facto procurare de appell. & eandem rationem esse in alio Iudice ad quem fit appellatio, quæ in Papa, & citat Hostiens. & gl. in cap. 1. de appellat. lib. 6. quod indubitatum esse putat si ad eatur Superior qui poterat adiri per viam querelæ, & hoc siue iter arripatur à Iudice procedente iudicialiter, siue extra iudicium, tunc enim itineris arreptio ad eum, vim appellationis habet.

RESOLVT. XXVII.

- 2 Appellatio à declaratoria non suspendit, quando factum est notorium, sed declarata, vt num. 2. & 3.

Cedulones an affigi possint pendente appellatione à declaratoria excommunicationis continente factum notorium.

- 1 IN hoc casu affigi possunt Cedulones, & ratio est, quia quando factum est notorium appellatio à declaratoria non suspendit, vt ex Auctore. Imol. Ant. Abb. & aliorum in §. verum inquit Genues. in praxi Cur. Archiep. cap. 22. num. 2. in ver. sed si factum est notorium, & Alter. de censur. cap. 3. disput. 5. fol. 318. in ver. nisi notoriè constet de contrario.
- 2 Declara, & intellige de notorio quod est inculcabile, & nulla tergiversatione celari posset, vt in puncto Alter. in dicto loco in ver. & an ex causa percussit quæ ipsum excusat fol. 318. Suarez de censuris disp. 3. sect. 15. fol. 52. in ver. quod intelligo si ita constaret.
- 3 Declara secundo, quod licet à notorio non detur appellatio cap. cum sit de appell. tamen à sententia declarante factum esse notorium, datur appellatio Franch. in cap. peruenit num. 3. & 14. de appell. Pelyn. in d. ca. cum non ab homine num. 12. Miscell. tract. de concord. gl. concord. 6. Fallen. 2. num. 18. tom. 18. fol. 101. Lancellot. de attent. par. 2. c. 12. de attent. & in nou. appellat. pend. limit. 9. princip. in fin. num. 13. fol. 366. Gratian. discept. forens. cap. 444. num. 29. & 30. vol. 3. vbi refert Bald. & Dec. Sec. de appellat. quest. 17. limit. 22. num. 37. ver. confirmatur, quarto, & in num. 38. vbi inquit, quod declaratoria super incursum fertur super re de præterito in qua facilius potest errari, & ideo non appellatur à notorio, sed à declaratoria notorij, & in num. 40. inquit hanc opinionem communiter ab omnibus teneri, &c.

RESOLVT. XXVIII.

- 1 Beneficiis priuari non potest remouens Cedulones, in quibus ipse denunciatus reperiebatur.

2 Pana

2 *Pœna priuationis beneficiorum contra Clericum remouentem Cedulones non reperitur in iure sancita.*

Clericus qui Cedulones quibus denunciabatur excommunicatus lacerauit, an beneficijs priuetur.

- 1 **I**N faci contingentia dum essem consultus à quodam Reuerendissimo Prælati qui intendebat priuare beneficijs quemdam Clericum qui lacerauerat quosdam cedulones, quibus ipsemet denunciabatur excommunicatus, dixi quod non solum ille ipso iure priuatus beneficijs non ueniebat, sed nec etiam ueniebat priuandus, prout ita tenuit Rota Romana intollen. Monasterij Sancti Mansueti 16. Maij 1597. coram R. P. D. Penia quam refert, & sequitur Marefcot. var. resolut. lib. 2. cap. 35. num. 42. ubi quod talis pœna ob simile delictum de iure sancita non reperitur iuxta gloss. communiter receptam in cap. fin. ubi Abb. & alij de iure patronat. Dec. in cap. 2. num. 3. de rescrip. Tiraquell. in l. si vnquam in verbo reuertatur nu. 248. C. de reuoc. donation.

PRAXIS ELECTIONIS.

RESOLVT. XXIX.

- 1 *Forma electionis, de qua in cap. quia propter de elect. est de assentia, aliter corrumpit electio, num. 3.*
- 2 *Forma præcisè seruari debet, & ubi mutatur forma, res dicitur diuersa.*
- 4 *Consuetudo non derogat formæ cap. quia propter.*
- 5 *Consuetudo contra Canones, ut inducatur, quæ concurrere debeant.*
- 6 *Consuetudo tollitur ex decreto irritanti.*
- 7 *Lex irritans facit personam incapacem, quando circa eam versatur.*
- 8 *Consuetudo non potest tollere incapacitatem.*
- 9 *Electio Regularium est facienda, iuxta formam cap. quia propter, & ideo secundum illam eligendi sunt Abbates num. 10.*
- 11 *Dispositio Concilij Tridentini sess. 25. de Regular. cap. 6. non derogat dispositioni cap. quia propter.*
- 12 *Tres scrutatores de Collegio debent interuenire in electione per scrutinium.*

Forma electionis de qua in cap. quia propter de elect. an sit præcisè seruanda, non obstante contraria consuetudine Religionis.

- 1 **S**Tat in viridi obseruantia, & fuit pluries à Romana Rota canonizatum, ut Forma electionis, de qua in capitul. quia propter de electione, præcisè sit seruanda, ut resolutum fuit in vna Treueren. Abbatiz S. Maximi, Mercurij 20. Nouembris 1614. coram Illustriss. D. meo Coccino Decano, ubi quod talis forma est præcisè seruanda cum in dicto textu sit Decretum irritans, ibi (Electio aliter facta non ualeat), quæ uerba dictum Decretum important l. non dubium C. de legib. l. stipulatio ff. de verb. oblig. Alex. conf. 41. num. 13. & seq. lib. 5. Roman. conf. 332. num. 12. Salas de legib. quæst. 96. tract. 14. disp. 16. sect. 1. n. 29. & ita in proprijs terminis electionis dixerunt in d. cap. quia propter Compstellan. num. 20. Ioan. Andr. num. 37.
- 2 Innocent. num. 6. & alij: Forma enim præcisè est seruanda, & ad vnguem in executionem ponenda, ut actus reddatur validus Nouarius forens. q. 7. r. à num. 2. cum seq. lib. 1. ubi num. 20. docet, quod forma substantiali mutata res dicitur diuersa, & non eadem.
- 3 Hinc ubi electio est facta non seruata dicta forma text. in c. quia propter, statim efficitur, & reputatur

nulla, Suarez de Relig. tract. 3. lib. 2. c. 12. n. 9. eadem Rota in vna Monasterij Iung 5. Iulij 1621. coram eodem D. Coccino ex gl. in clem. 1. in verbo Inhibentes de iur. patronat. ubi si detur certa forma habenti facultatem eligendi cum decreto irritanti, nisi seruetur illa forma, electio ipso iure est nulla, quia duo sunt, quæ canonizant electionem, nempe substantia contentus, & substantia formæ, à quibus recedi non potest, ut post Bald. notat Boer. decis. 1. num. 70. ita ut si recedatur, electio ipso iure sit nulla, Bal. conf. 318. n. 2. lib. 3. cum forma à lege introducta mutari nequeat Nouarius forens. q. 55. num. 15. lib. 1. & in terminis nostris Sanchez in summa lib. 2. cap. 38. num. 83. Quæ adeo sunt veras, ut nec contraria consuetudo obstat, quia forma electionis est seruanda non obstante alia consuetudine, quæ dictam formam tollere non potest, nec est obseruanda, quia contraveniret dispositioni huius text. qui cum sit lex Papæ, non potest abrogari saltem absque illius scientia, ut egregiè probat Driedon. de libert. Christiana lib. 1. cap. 2. in fin. Valq. in S. Thom. 1. 2. q. 97. & ibi Petr. de Lorca in tit. de legibus disput. 29. in princ. nam ad inducendam consuetudinem contra Canones, requiritur scientia, & expressus consensus Papæ etiam quantumcumque temporis spatium illa fuerit seruata, Archid. in c. cum de beneficio n. 2. circa med. vers. nam, & ibi notat de præbend. lib. 6. ubi Io. And. post princ. Gemin. num. 6. & Franch. n. 3. & 4. S. Antonin. in Summ. par. 1. tit. 16. cap. vnic. §. 2. ante fin. vers. dicitur autem Ioannes Salas de leg. disp. 19. n. 62. in fine, sequitur Rota apud Verall. dec. 204. n. 3. par. 3. Rota in Romana concordia S. Petri 12. Februarij 1610. coram Cauallero; Ratio est, quia Summus Pontifex non habet potestatem à Populo, sed immediate à Deo, & ideo non est populus, qui induxit consuetudinem contra canones, sed autoritas Papæ permittentis Abb. in c. fin. n. 8. in fine de consuetud. Salas de legibus q. 97. tract. 14. disput. 19. sect. 16. nu. 59. vers. hæc sententia, quod in lege ciuili secus est nam, lex ciuilis tendit ad bonum publicum, & in utilitatem priuatorum, unde si populus uult sibi præiudicium inferre, Principes ab eodem populo potestatem habentes non curant. l. de quib. vers. nam cum ipse ff. de legib. S. Tho. 1. 2. q. 47. art. 3. in resp. ad 3. Abb. in c. fin. n. 9. de consuetud. Driedon. d. tract. de libertate Christiana ca. 11. ante fin. ut bene considerat Rota coram

6 D. Coccino in d. Treueren. Abbatiz 2. vers. secundo; quæ eò magis de plano procedunt cum text. in d. cap. quia propter habeat decretum irritans, quod tollit omnem consuetudinem in contrarium, ut in puncto huius text. dicit Boer. dec. 1. num. 49. & 50. & hoc est regulare in omni lege, & Canone habente decretum irritans, c. quod super his in fine de consang. & affinit. cap. super eò in princip. de cognat. spirit. Couar. de sponsal. par. 2. c. 6. §. 10. num. 18. cum seq. Driedon. de libertate Christiana lib. 1. cap. 16. col. ult. vers. & hic iam consideranda: & confirmatur, quia lex irritans facit personam incapacem quando circa illam versatur, & consuetudo non potest tollere incapacitatem, Dec. in c. nouit. de iudic. num. 84. Felyn. & Cranet. quos allegat Soar. de legibus lib. 7. cap. 19. n. 13. in fine, & iuxta hæc sapientia à diuersis Superioribus Regularibus consultus respondi, dicendo quod text. ille est obseruandus ad vnguem etiam à Regularibus, quia electio Regularium Prælatorum facienda est, iuxta formam dicti text. ut ibidem notat gloss. & Abb. n. 7. Rot. in nouis d. decis. 5. de elect. Franc. Marc. decis. 992. ubi quod procedit in electione Abbatum, quod etiam post alios tenuerunt Cosm. in pragmat. Sanctio. tit. de electione in verbo Abbatis, Lopez in l. 19. in verbo Obispo tit. 5. par. 1. Lorich. in Thesaur. vtriusque Theologia in verbo electio Cano. de election. §. & hoc

11 Rota in dicta Treueren. Abbatiz in princip. ubi etiam quod